Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26004
Copyright: Admont, Benediktinerstift

media duxit. & omni cum honore celebrauit. Hui darii danihel ipse ita memorat. In anno primo darii filii assueri de semine medorum qui impauit sup regnum chaldeorum. ego daniel intellexi in libris numerum annorum. de quo factum est sermo domini ad hieremiam prophetam. ut complerentur desolationis hierusalem. lxx. anni. Eusebius in libro temporum. xxx. annis abeuersione hierusalem usque ad mitium cyri regis persarum. Iulius autem affricanus. lxx. computat. porro hieronimus in expositione danielis prophetae ita dicit. Tradunt hebrei huiusmodi fabulam usque ad lxx. annum quo hieremias captiuitatem populi iudeorum dixerat esse solutendam. Deque & zacharias in principio uoluminis sui loquitur irritam putans pollicitationem balthasar. falsumque promissum. versus in gaudium fecit gaudere conuiuium insultans quodam spei iudeorum. / uasis templi dicens

agge. zacharias malachias hae omnes prophetae

statim ultio consecuta est. iiii. cccc. xxiii.

PERSARVM primus cyrus regnauit annis. xxx. Hic ut impleret uerbum domini exore hieremie primo sui regni anno laxata hebreorum captiuitate. l. fere hominum milia regredi fecit in iudeam. restituens eis uasa templi domini aurea & argentea. v. cccc. Qui congregati in hierusalem mense septimo edificauerunt altare. & a primo die mensis eiusdem ceperunt offerre holocaustum domino. Anno autem secundo aduentus sui mense secundo. templi fundamenta iecerunt anno incensionis eius iuxta affricanum lxxii. iuxta autem chronicam eusebii. xxxii. si impedientibus samaritis intermissum est opus usque ad annum darii secundum. quem etiam assueri in regno artaxersis scripserunt accusationem aduersum iudeos. & rescripsit artaxersis ne edificaretur hierusalem. Romanorum. vii. tarquinius regnauit annis. xxxv. quia causa tarquinii iuniores filii sui qui lucretiam corruperat

Similia viii et

a regno expulsus est. iiii. cccc. xxxi.

CAMBISES cyri filius annis. viii. Hic deuicta egypto. cuncta eius religione abhominatus. cerimonias eius & templa deposuit. babylonem in egypto edificauit. Hunc aiunt abhebreis secundum

Ex babilonia obt in egipto

nabuchodonosor uocari. sub quo iudith hystoria conscribitur.

FRATRES magi mensibus. vii. iiii. cccc. xxxii.